



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.1. Regis Clotarii primi obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)



HISTORIA
ECCLESIASTICA.
LIBER XXXIV.

*** **

JOANNES III. PAPA.
JUSTINIANUS, IMPERATOR.

§. I.

Regis Clotarii I. Obitus.

Childeberto vita functo Clotarius Sæculum VI.
frater ejus, qui cum ipso ab an- A. C. 561.
nis quadraginta novem regna-
verat, duobus, quibus super-
stes fuit, annis solus imperavit Francis.

Hist. Eccles. Tom. VIII.

Δ Ad

Sæculum VI. Ad hæc ultima Regni ejus tempora re-
A. C. 561. fertur Decretum universale de modo ad-
 ministrandæ Justitiæ ad omnes Prætores
 directum. Inter alia præcipitur, ut Le-
 gibus Romanorum omnes Causæ inter
 Romanos deciderentur. Romani dice-
 bantur veteres Galliarum Incolæ, quo
 discernentur a Barbaris Francis, Bur-
 gundionibus, & Gothis, qui ab annis
 centum & quinquaginta has Regiones
 invaserant. In illo Decreto subjungitur:
*Si quis Judex contra legem injuste quem-
 quam condemnaverit, si Nos absentes si-
 mus, ab Episcopis castigabitur. Nemo
 Auctoritatem Nostram obtendat, ut Vi-
 duam vel Virginem ad nuptias cogat, aut
 eas rapiat. Nemo Moniales Matrimonio
 sibi jungere audeat, aut illa Ecclesiis au-
 ferre, quæ defuncti testamento reliquerint.
 Ecclesias a tributis ob fundos & pecora
 imperatis eximimus.* Manifestum est,
 quod hoc Decretum cum iis, quæ in ter-
 tio Concilio Parisiensi statuta fuere, af-
 finitatem habeat.

Greg. IV.
hist. c. 10.
Mart. Chr.

Rex Clotarius ultimo Regni sui an-
 no ad S. Martinum Turonensem cum
 magnificis Donis venit. Ibi totius vitæ
 peccata memoria relegens, inter multos
 gemitus S. Confessorem (*) invocavit,
 ut

(*) Der deutsche Uebersetzer hat es gegeben:
 Und bath ... den heiligen Beichtvatter.

ut pro se Dei Misericordiam imploraret. Sæculum VI.
A. C. 561.
 Haud diu postea vitam posuit anno post
 Consulatum Basiliæ vigesimo Indictione
 nona id est anno 561. postquam ab o-
 bitu Clodovei Patris sui regnasset annis
 quinquaginta. Jusserat sicut Pater ipsius,
 & Frater Childebertus, ut sepeliretur in
 Ecclesia a se fundata, nempe in Ecclesia
 S. Medardi prope Sueffionem, quam ipse
 ædificare cœpit, & Filius ejus Sigeber-
 tus perfecit. Clotarius initio S. Medar-
 di Corpus, tuguriolo ex ramis arborum
 constructo, contegi curaverat, donec Ec-
 clesiæ ædificium confurgeret, & Fideles
 illorum ramorum festucas sibi auferebant
 ad varios morbos sanandos. Moritu-
 riens Clotarius dicebat: *Quid vobis vi-*
detur? quanta sit potentia Regis illius
Cælestis, qui maximos terræ Reges mori
jubet? Quatuor ipsius filii, sicut olim
 filii Clodovei, Regnum inter se partiti,
 Charibertus Parisiis, Guntramus Cabil-
 lonii, aut Lugduni, Sigebertus Metis,
 Chilpericus Sueffione Sedem fixerunt.

Greg. gl.
conf. c. 95.

Charibertus in sua Ditione Urbem
 Turonensem sortitus receptis in fidem
 Civibus ipse vicissim juramento se ob-
 strinxit, quod sortem eorum pejorem
 nollet reddere, nec exacturus esset, ut
 amplius quidquam ad Principis ærarium Greg. Lib.
IX. c. 30,
 præstarent, quam Patri suo dedissent.

Cumque Gaison Comes antiquas Præ-
 statio-

Sæculum VI. stationum tabulas ad Regem misisset, is
A.C. 561. acceptas ingemiscens & S. Martini potentiam expavescens in ignem projecit. Pecuniam ab illius Ecclesia exactam reddi, & omnem populum Turonensem liberum esse a tributis iussit.

§. II.

(*) *Concilium Santonense.*

Id. IV. hist. **C**ivitas Santonensis quoque in Ditione
s. 26. Regis Chariberti posita erat. In ea Leontius Archiepiscopus Burdegalensis convocatis ad Synodum Provinciae suae Episcopis Emerium Episcopum Santonensem deposuit, tanquam contra Canones electum, quippe Decretum a Rege Clotario obtinuerat, ut sine consensu Metropolitæ tunc absentis ordinaretur. Concilii Patres Emerio deposito in ejus locum elegerunt Heraclium Ecclesiae Burdegalensis Presbyterum, & Electionis Decretum, cui manu sua subscripserant, ad Regem Charibertum miserunt. Ubi Presbyter, cui id deferendum commiserant, Turonem attigit, in transitu ad Eufonium Archiepiscopum divertens, eidem rem ut acta fuerat narravit,

A 2

ravit,

(*) In der deutschen Uebersetzung heisset es: Unglückseliges *Concilium* zu *Saintes*. Das hineingesetzte Wort unglückselig ist eine glückselige Erfindung des allen Bischöffen und Concilien überhaupt abgeneigten Uebersetzers.